»Verum, praeter istas duas nominatas, plures adhuc dantur obligationes *speciales*, in quibus eadem fere ratio currit; ut v. gr., obligatio damnum injuste proximo illatum compensandi, detractionem retractandi, promissionem vel fidem datam adimplendi, scandalum reparandi: quas Suárez certe non excludere intendit, sed *sub restitutione* generice et sensu latiori sumpta comprehendit. Consuetudinem autem mortaliter peccandi *sub occasione proxima* comprehendit, quatenus omnis habitus habituatum in periculo morali peccandi constituit, et ipsi eodem modo occasio *intrinseca* est, quo aliis circumstantia extrinseca ad peccandum inclinans et impellens. Unde (nótese bien) consuetudinarii non solum obligationem communem et generalem habent non peccandi de caetero; sed insuper *specialem*, scilicet, *pravam consuetudinem extirpandi, et in hunc finem omnem conatum et remedia necessaria adhibendi*: secus enim in statu peccati mortalis versantur, quemadmodum restitutionem rei alienae, *aut dimissionem* occasionis extrinsecae voluntarie omittentes.

»5. Id. ipsum *Suárez* jam antea *(disp. 22. sect. 4. num. 15.)* claris et distinctis verbis explicaverat, et ideo hic supponit. Ibidem quaestionem proponit, *an poenitens necessario consuetudinem peccandi confiteri teneatur;* et respondet, *per se loquendo*, poenitentem *non teneri*, quia nec ingratitudo erga Deum, quae in quolibet peccato mortali intercedit, quod post remissionem prioris denuo committitur, nec modus peccandi per habitum specialem malitiam habet. Et addit: Dixi autem: *per se loquendo;* quia saepe consuetudo constituit hominem, secundum praesentem statum, *in quodam morali pericu-*

lo vel facilitate peccandi; *et necessarium moraliter est, ut confessor consuetudinem sciat, ut de dispositione et obligatione poenitentis certus reddatur,* et ideo interrogare debet; et si interroget, poenitens tenetur veritatem aperire, ut illi satisfaciat. Si vero non interrogetur, *per se tenebitur hoc dicere, quantum necesse est, ut declaret confessori statum conscientiae suae;* unde si hoc declarare non potest, nisi explicando consuetudinem, vel diuturnitatem alicujus peccati, *vel occasionis ejus,* tunc necessarium erit haec declarare.

»Expressis verbis hic dicit *Suárez,* cognitionem consuetudinis confessario moraliter necessariam esse, ut de *dispositione* poenitentis et de *speciali obligatione,* quam consuetudinarius habet propter morale periculum peccandi, certus reddatur.

»6. Idem, imo clarius adhuc dicit *Suárez, de Relig. tract.* 5. *lib.* 3. *cap.* 8. *núm.* 7., ubi de consuetudine temere jurandi speciatim tractat: «Denique quod ad dispositionem spectat, *tota difficultas est in vero proposito et remedio contra talem consuetudinem; nam sine dubio necessarium est* propositum tollendi illam et vitandi tale periculum, *quia pertinet ad statum peccati mortalis,* ut ostensum est. Quia vero (nótese bien) propositum hoc *solet* esse valde instabile, et *consuetudo quodammodo transiit in naturam, et ita periculum est quasi intrinsecum et naturale* (Aquí tiene el P. Faure la ocasión próxima intrínseca.) : *ideo difficile est judicare, quando sit sufficiens.* Verumtamen *difficultas generalis est ad alias consuetudines peccandi, quae difficillimam* reddunt peccati correctionem, maxime quando non pendet lapsus ex occasione extrinseca, sed quasi *ex innata fragilitate et infirmitate.*» (Y así en cierta manera es peor que la ocasión próxima extrínseca; porque ésta no la lleva el hombre consigo, como el peligro intrínseco de pecar.) «Tota difficultas est judicare de proposito poenitentis, *an suffi-*

ciens sit, dicit Suárez : ergo eadem difficultas, quae in obnoxiis *restitutioni, aut occasioni proximae extrinsecae, etiam in consuetudinariis occurrit.*—Reliqua hujus textus, in quibus Suárez expresse dicit, consuetudinarium ad remedia a confessario praescripta adhibenda *teneri*, jam in extenso allegavimus.

»III. Frustra igitur P. Faure pro sua sententia *Suarium* interpellat, frustra notas adjecit, quibus lectori evidentiam hujus testimonii prae oculis ponit, et *Suárez* potius praeclarus testis est pro sententia opposita [1].

»Insuper in inscriptione hujus paragraphi asserit, non tantum theologos Suario antiquiores, sed etiam *omnes veteres usque ad epocham jansenianam* recidivis ex titulo consuetudinis nunquam absolutionem distulisse.

»Initium hujus epochae ponit in anno 1638, quo Jansenius vita defunctus est. Omnes ergo theologi, qui ab anno 1604 usque ad annum 1638 hanc quaestionem pertractaverunt, inter quos sunt clarissimi, ut *S. Franciscus Salesius, Laymann et Cardinalis de Lugo,* recidivis nunquam absolutionem differendam esse docuerunt. ¡Et hanc assertionem proferre non veretur vir doctissimus, qui in investigandis auctoribus de hac quaestione tractantibus *multum laboravit!* Caeterum neminem latet, librum Jansenii nonnisi post ejus mortem evulgatum, et ejus errores nonnisi paulatim disseminatos fuisse.

»V. Sequitur *(P. Faure) pag.* 24. §. 3., cujus titulus est [2]: *Non modo ex veterum theologorum silentio, sed etiam ex disserta eorum doctrina evincitur, eos nunquam absolutionem negasse vel distulisse consuetudinariis aut*

[1] Es frecuente en el P. Faure aplicar indebidamente á su favor los textos de autores que nada le favorecen, como sucede en el presente caso con la doctrina del Dr. Suárez, que la aplica á favor de su teoría sobre la absolución de los consuetudinarios; siendo así que el Dr. Suárez le es enteramente contrario.

[2] Las *Vindicias Alfonsianas*, en las citas que hacen del P. Faure, se refieren á la edición de 1840, *Lucani*, typis Francisci Veladini et soc.

recidivis ex hoc tantum capite.—Videamus quomodo P. Faure hanc propositionem probet.

»Probatur luculenter. Veteres consuetudinariis ac recidivis hoc praecipuum consilium dabant, ut frequenter confiterentur sacramentaliter, et absolutionem acciperent. Non ergo dubitabant, utrum ipsis impertienda esset absolutio. Stultum enim fuisset eos ita exhortari: *Accedite frequenter ad sacramentum poenitentiae, quod nos nolumus vobis ministrare.*—Constat antecedens ex iis antiquis versiculis apud vete res theologos usitatis, in quibus sexdecim conditiones continentur, quae a magistris assignantur, ait S. Thomas *(in Supplem., q. 9. art. 4, et in comment. in 4. Sent.).*

»Citat eosdem versiculos, in quibus dicitur: *Sit confessio frequens*, etc., et octo theologos allegat, qui consuetudinariis ac recidivis frequentem confessionem commendant, nimirum *S. Raymundum a Pennafort, S. Antonium Patavinum, S. Thomam, Joannem Friburgensem, S. Joannem a Capistrano, S. Antoninum, Joannem Tabiensem et Cajetanum.*

»I. *S. Raymundus de Pennafort* dicit: Debet confessio esse *frequens*, ut, si frequenter quis cecidit per peccatum etiam mortale, frequenter resurgat *per poenitentiam.*

»1. Idem eisdem vel similibus verbis dicunt omnes caeteri.»

Á las anteriores palabras responden las *Vindicias Alfonsianas (pág. 744)*: « Ast in hoc *non tantum* veteres, sed etiam *omnes recentiores* theologi catholici unanimiter conveniunt, ut testatur *Franciscus Henno*, dicens: «*Frequentem confessionem, quam cum Divo Thoma suaserunt unanimiter theologi*, dissuaserunt nonnulli auctores et pastores moderni, saltem respectu eorum, qui saepius labuntur in peccata mortalia, licet diversae speciei. Doctrina sane se ipsam destruens: *Saepius peccasti, arius poenitere.* Melius sane noverat poenitentiae neces-

sitatem *Chrysostomus*, qui dicebat: «*Peccasti, poenitere: millies peccasti, millies poenitere.* ¿An non ridiculus esset medicus, qui saepius infirmantibus raro praescriberet medicinam; e contra frequenter iis, qui raro infirmantur? ¿Pro quibus igitur institutum est sacramentum poenitentiae? ¿An pro justis, an pro peccatoribus? Si pro justis, ¿cur non obligat venialium confessio? Ergo pro peccatoribus. Infero: ergo, quo quis saepius peccavit, saepius debet eo uti; praesertim cum non sit institutum ad solius peccati praeteriti remissionem, sed etiam ad futuri praecautionem.

»2. *S. Alphonsus*, *num.* 464. (lib. 6.) pro hac doctrina S. Thomam aliosque Doctores adducit, speciatim Cardinalem Toletum, qui de mollitie dicit, vix aliud efficax remedium dari, quam frequentissimam confessionem [1]; porro praxim *S. Philippi Nerii*, et demum Rituale Romanum: «*In peccata facile recidentibus utilissimum fuerit consulere, ut saepe confiteantur, et* SI EXPEDIAT [2], *communicent.*» Et addit S. Alphonsus: «*Ergo Rituale, dum dicit, remedium frequentis confessionis utilissimum esse facile recidentibus in peccata, supponit, pravum habitum ab eis non adhuc esse avulsum; sed hoc non obstante docet, gratiam sacramenti multum conferre ad emendationem.*»

»3. Stultum utique esset (uti ait P. Faure), si quis consuetudinarios et recidivos ita exhortaretur: *Accedite frequenter ad sacramentum poenitentiae, quod nolumus vobis ministrare.* Sed hujus insaniae reus nunquam

[1] Antes de nacer Toledo, que murió en 1596, lo había dicho Cayetano á principios del siglo XVI, como se dijo ya en el artículo VI.

[2] *Si expediat*, dice; de donde se infiere, que no es necesario que siempre que confiesen, comulguen, ni aun siquiera que reciban la absolución, sino que tan sólo confiesen y reciban consejos y medios para convertirse; pero, en cuanto á la absolución, que la reciban cuando estén dispuestos. El P. Faure, atento á absolver á todos, con tal que digan que tienen dolor y propósito, no dió importancia alguna á las palabras *Si expediat* del Ritual Romano.

extitit confessarius consuetudinarios ad frequentem confessionem exhortans, eo ipso ad gratiam sacramentalem recipiendam eos invitat, et etiam frequenter relabentes absolvit, *dummodo aliquem conatum emendationis, et saltem remedia praescripta adhibuerint.* Si autem poenitens ne haec quidem praestitit, nec alia signa compunctionis exhibet, confessarius absolutionem *differt;* sed nihilominus *enixe ipsum invitat,* ut melius dispositus quantocius ad gratiam sacramentalem recipiendam revertatur: secundum *S. Alphonsi* monitum in *Praxi Confessarii, cap.* 1. §. 1. *num.* 5.: «Si autem fuerit absolutionis incapax, aut expediens videbitur differendam esse absolutionem, assignet ei diem, in quo regredi debeat, dicendo ei sic: *Eja, frater, tali die te expecto, ne praetermittas ad me redire; animo forti, magnoque sis, ut tibi dixi: commenda te quotidie Beatae Virgini, et veni ad me. Si forte tunc invenies me aliorum confessiones excipientem, accede; te enim ante alios audiam. Si alibi ero, fac, ut me arcessant, omnia deseram, ut tu confitearis.*»

»II. Ideo ineptum est, ex eo, quod *veteres theologi frequentem confessionem commendaverunt,* concludere, quod *nunquam* consuetudinariis aut recidivis ex hoc titulo *absolutionem distulerint.*

»1. Nullus reperitur, qui id diserte doceret. Verum est ex altera parte (nótese bien), nullum quoque oppositum diserte docere; sed ratio in aperto est. *Nullus quippe hanc quaestionem proponit, aut pertractat.* Ut neminem latet, *exordia theologiae moralis,* quatenus sub hoc nomine venit specialis disciplina theologica, a dogmatica segregata, atque ad eam, quae modo viget, formam systematicam redacta et disposita, in *saeculum XVI* reponenda sunt. Unde nonnisi versus dimidium illius saeculi theologi de consuetudine et occasione proxima, de consuetudinariis et recidivis disputare et regulas definire *coeperunt*, quas confessarii in absolution e hu-

jusmodi poenitentibus danda vel differenda observent.

»2. *Veteres summistae*, speciatim quidem maxima ex parte ordine alphabetico, praecipuas materias, quae ad disciplinam moralem spectant, tractaverunt; sed in nullo titulum, tractatum aut dissertationem reperies *de consuetudine et de occasione proxima*, *de consuetudinariis et de recidivis*. Nec in aliis titulis affinibus, ut v. gr., *absolutio*, vel *contritio*, vel confessio, vel *confessarius*, nec speciatim in titulo de *blasphemia* et de *juramento* quaestionem proponunt, an et quando consuetudinariis et recidivis absolutio impertienda, vel differenda sit.—Nihilominus certum atque certissimum est, *confessarios medii aevi*, eodem modo, quo recentiores, *non omnes consuetudinarios recidivos absolvisse;* sed aliquando absolutionem ipsis *distulisse*, *etiamsi serio et graviter affirmaverint*, *quod vere et non ficte doleant*, *et emendationem sibi proponant. Nam hanc agendi rationem ipsa rei natura*, *actus judicialis*, *et claves non tantum ad solvendum*, *sed etiam ad ligandum confessariis traditae*, *manifeste postulant.*

»3. Praeclarum prae caeteris testimonium pro hac praxi suppeditat nobis *Thomas Cantipratanus*, qui saeculo XIII suffraganeus episcopi Cameracensis fuit.—In opere media aetate celebratissimo, cui titulus est: *De apibus*, *seu de bono universali*, anno 1272. edito *(lib. 2. cap. 30. §. 9.)* refert, peccatorem quemdam cum suo pastore ad se venisse, ut a peccatis absolveretur, maxime a peccato mollitiei, foede enim se polluere assuetus erat. Quem absolvere detractavit, quippe quod easdem pollutiones confitentem alias non semel absolverat, salutari poenitentia imposita; miser autem iterum iterumque ad vomitum redierat. At demum importunis precibus cedens, ipsum absolvit; verumtamen infelici eventu: «Quem, cum ad dioecesanum episcopum mittere vellem, quasi gravius affligendum, a sacerdote rogatus sum, ut tali

conditione absolverem poenitentem, ut flexis genibus coram nobis rogaret Dominum, ut, si postmodum recidivaret in scelere, eum mox vindicta divina puniret. Consensi ego conditioni: et ¡heu mihi quod consensi! Mox ille flexit genua, vindictam in se recidivantem precatus est. Absolvi eum, recesit gaudens. Sed feria tertia post sanctum pascha instigante diabolo passus est recidivam, moxque horrifice clamans: *¡Vindicta Dei super me, vindicta Dei super me!* (ut mihi postea sacerdos retulit), amarissima morte mulctatus est.»

»Similiter *Cantipratanus* refert, quod istum peccatorem, *non obstantibus ejus affirmationibus et promissionibus, absolvere detrectaverit*, quasi rem, quae per se intelligitur; nihilque addit, quo hanc agendi rationem explicet aut defendat. Ex quo patet, hanc praxim, consuetudinarios recidivos aliquando non absolvendi, insolitam et inusitatam non fuisse, sed communiter receptam.

»4. Nec in *theologis medii aevi* loca desunt, ex quibus colligendum est, ipsos idem tenuisse. Id aperte constat ex testibus *S. Bernardi*, *S. Anselmi*, *B. Alberti Magni*, *S. Vincentii Ferrerii*, *S. Bonaventurae*, *Alexandri IV et S. Thomae de Villanova*, quos jam supra *pag.* 671. *et sequentibus* adduximus.

»III. Nec ullo modo dubitare licet, *veteres confessarios*, quemadmodum recentiores, distinxisse *ordinarium et commune dispositionis signum*, seriam et gravem affirmationem poenitentis, quod vere doleat, ac proponat, et *signa specialia* et non communia; quamvis haec signa nondum a theologis *extraordinaria* nuncupata, nec specifice exposita fuerint.

»1. Etenim *recentiores haec signa non casu tradiderunt* (uti rectissime advertit S. Alphonsus), nec illa otiosis speculationibus excogitaverunt; sed ex ipsa ratione, ex sanis argumentis psychologicis, et ex communiter

contingentibus atque experientia comprobatis, enucleaverunt. Quilibet vel laicus sensatus perspicit, aliter judicandum esse de dispositione poenitentis, qui aliud signum non adfert praeter protestationem, quod vere et non ficte doleat, ac proponat, quamvis praesumptiones vehementes in oppositum obstent: et aliter de poenitente, qui v. gr. de eventu aliquo speciali perculsus, vel gravissimis difficultatibus superatis ad confessionem accedit, vel cum lacrymis aut verbis ex intimo corde provenientibus miserum conscientiae suae statum explicat, vel, licet relapsus, sincerum emendationis conatum manifestavit. (Véase á San Ligorio, lib. VI. núm. 460.)

»2. Dantur et aliae notiones aliique termini plurimi, quos recentiores theologi disciplinam moralem systematice pertractantes invexerunt, ut praemissis notionibus et distinctionibus, certas materias clare et praecise explicent. Hujusmodi est *occasio proxima*, et ejus distinctio in *voluntariam et necessariam.*

»¿Quis autem dicet, veteres confessarios doctrinam de occasione proxima non nomine tantum, sed etiam in re et substantia ignorasse, et occasione proxima irretitos quoad absolutionem impertiendam a caeteris poenitentibus non distinxisse? Quod de occasione proxima pariter valet *de signis extraordinariis.* Argumentum autem in contrarium, haec signa simulari posse, et ideo in genere fallacia esse, vere sophisticum dices; et alterum, de dispositione poenitentis ex solis ejus dictis judicandum esse, *quia* (uti ait P. Faure) *Deus tutiori modo non providit*, plane rejiciendum est.

»VI. Sequitur tandem *(P. Faure) pag.* 28. §. 4.: *«Quo pacto veteres theologi interpretati sint doctrinam sanctorum Patrum, qui redarguerunt poenitentiam sine stabili emendatione.»*

»Praemittit *P. Faure,* plurimos sanctorum Patrum textus opponi ab Antonio Arnaldo, et a modernis post

ipsum, eum in finem, ut probent ex relapsu debere colligi defectum praecedentis propositi, ac proinde absolvendos non esse, qui relapsi sunt, nisi diu se continuerint. Advertit autem, eosdem sanctorum Patrum textus aliter explicari a veteribus theologis, qui «*rigoristas aliquos eorum temporum, vel successores Novatianorum*» refutaverunt. Magistrum Sententiarum et S. Raymundum a Pennafort citat, in primis autem *S. Thomam, p. 3. q.* 84. *art.* 10, ubi Angelicus scribit: «Ad quartum dicendum, quod poenitere est anteacta peccata deflere, et flenda non committere, scilicet simul dum flet, vel actu, vel proposito. Ille enim est irrisor, et non poenitens, qui simul dum poenitet, agit quod poenitet, vel proponit iterum se facturum quod gessit, vel etiam actualiter peccat eodem vel alio genere peccati. *Quod autem aliquis postea peccat vel actu vel proposito, non excludit quin prima poenitentia vera fuerit.* Numquam enim veritas prioris actus excluditur per actum contrarium subsequentem. Sicut enim vere cucurrit, qui postea sedet; *ita vere poenituit, qui postea peccat.*

»Et addit *P. Faure:* «Ita *S. Thomas:* quae ejus verba eorumque verissimam sententiam, si quis attente consideret, hac una responsione et assertione *everti intelliget contrariae sententiae systema* universum. Idem argumentum versat rursus *S. Thomas (in* 4. *Sent. dist.* 14. *q.* 1. *art.* 4. *quaestiuncula* 1.), ubi assertionem contrariam frivolam vocat.»

Á continuación ponen las *Vindicias Alfonsianas* los textos íntegros de Santo Tomás, que en nada favorecen á los padres Faure y Balerini. Santo Tomás impugna á los herejes que decían, que el que cae en el pecado demuestra *siempre* que no se arrepintió antes, fundados en el error heretical de que *charitas semel habita non potest amitti:* ni una sola palabra dice Santo Tomás á la falsa teoría de estos Padres de absolver *toties quoties* á

los consuetudinarios reincidentes, que cayeron de un mismo modo y no dieron señal alguna de enmienda, sin tener el confesor otro fundamento para absolverlos, que la simple palabra del penitente, que afirma que tiene dolor y propósito.

Después prosiguen las *Vindicias Alfonsianas (página 748)*: «3. In utroque igitur loco Angelicus, quemadmodum ante ipsum Magister Sententiarum et S. Raymundus a Pennafort, haereticos impugnat, qui docuerunt, poenitentiam iterari non posse. Verissimum sane est, quod dicit, *poenitentiam veram esse posse, etiamsi aliquis postmodum ab ea excidat*, et veritas prioris actus numquam excludi per actum contrarium subsequentem; et dicta sanctorum Patrum de vera et falsa poenitentia nullatenus certe istis haereticis favent. Rationes autem, quae ex adverso adducuntur, sine dubio frivolae sunt. Sed de hoc nulla est inter catholicos controversia.»

Las autoridades citadas son irrefragables, y no pueden ser impugnadas sin gran temeridad. No se concibe cómo los Padres Faure y Balerini recurran á la época jansenística, como si ella fuera la que introdujo la dilación de la absolución á los consuetudinarios reincidentes y la necesidad de señales extraordinarias para poder absolverlos. Además de los testimonios citados, que son más que suficientes, pudiera citarse, no sólo á San Carlos Borromeo y á San Francisco de Sales, sino también á los célebres jesuítas *Tomás Sánchez*, que murió en 1610; *Azor*, en 1603; *Suárez*, en 1614; *Layman*, en 1635; *Lesio*, en 1623; sin contar el ejército de doctos y graves probabilioristas seculares y de diversas Órdenes religiosas, los cuales unánimemente defendieron calurosamente las mismas doctrinas de los hoy Doctores de la Iglesia San Alfonso María de Ligorio y San Francisco de Sales.

Para que se vea con cuánta ligereza procedió el Padre Faure y su mentor el P. Baltasar Francolini, afir-

mando que no encontraron autor alguno que antes de la época jansenística aconsejase la dilación ó suspensión de la absolución á los consuetudinarios reincidentes, reflexiónese sobre las anteriores instrucciones que San Carlos Borromeo dirigió á los confesores súbditos suyos; las cuales tuvieron después tantas aprobaciones y recomendaciones de varios Papas, sínodos provinciales y de Doctores esclarecidos. Parece imposible, que dos hombres tan ilustrados como el P. Francolini y el P. Faure, que con tanta diligencia buscaron autores que desaprobasen su falsa y laxísima teoría sobre la absolución de los consuetudinarios inveterados y reincidentes, los dos con la más fría impavidez afirmen que *ni uno solo* encontraron que la desaprobase.—«*Nullum autem inveni.*» ¿Qué teólogo medianamente instruído no tiene noticia de las *Instrucciones* que San Carlos Borromeo dirigió á los confesores sobre la absolución de los consuetudinarios inveterados y reincidentes *saepe eodem modo*; instrucciones aprobadas y recomendadas por varios Papas y por innumerables Doctores teólogos? Parece imposible que los hombres de tal modo se alucinen, cuando están obcecados por la pasión de alguna opinión; pero basta ya sobre estos dos puntos, y paso á tratar del cuarto y último.

ARTÍCULO XV.

Se prueba que el dolor, la confesión y la satisfacción, al menos intentiva, son la materia del sacramento de la Penitencia.

El cuarto fin que en esta impugnación me propuse, es probar que el dolor, la confesión y la satisfacción son la materia de este sacramento. Para hacerlo convenientemente es necesario advertir lo que dice el P. Faure (*sect.* 5.ª) en orden á esta materia, á saber: «Si quis autem quaerat ex me, quid causae fuerit, ut quamplurimi recentiores hac in re tam immaniter dissentiant ab

antiquis; id satis ipsimet praeseferunt in suis libris. Nempe sibi persuaserunt, ad essentiam sacramenti poenitentiae pertinere eam contritionem, de qua Concilium Tridentinum *(sess.* XIV) postquam *(cap.* III) docuerat absolutionem esse formam sacramenti poenitentiae, contritionem autem et confessionem et satisfactionem esse quasi materiam ejus et partes, agens postea *(cap.* IV.) de contritione, sic habet: «*Contritio, quae primum locum inter dictos poenitentis actus habet, animi dolor ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de caetero.*»

»At in his irrepsit manifesta aequivocatio. Satis noverat Tridentinum *quid sit spectare ad essentiam*, eaque phrasi utitur eo ipso capite III inquiens: «Preces.... ad ipsius essentiam nequaquam spectant. Caeterum ubi statim agit de tribus iis partibus, nullo pacto dicit eas spectare ad essentiam. Ait enim: *Sunt autem quasi materia hujus sacramenti ipsius poenitentis actus, nempe contritio, confessio, satisfactio.*» Quamvis autem nomen materiae in scholis excitare solet ideam partis *essentialis* (quamquam et in scholis dicatur materia etiam integralis); nisi velimus esse rebelles lumini, debuimus animadvere, tum a Florentino, tum a Tridentino non materiam, sed *quasi* materiam dici, tum expressis verbi sic addi: «Qui quatenus in poenitente AD INTEGRITATEM sacramenti, ad plenamque et perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione partes poenitentiae dicuntur. ¿Audis quae sint Concilii verba? I. Non dicit *ad essentiam*, quam vocem usurpaverat ante quatuor lineas, sed *ad integritatem*, quod dici etiam de iis potest, quae ad essentiam non pertinent. II. Non dicit *ad remissionem* simpliciter et absolute, sed *ad plenam et perfectam remissionem:* quae verba non coarctantur ad significandum essentiam et substantiam remissionis, sed extenduntur ad significandam etiam

accidentiam quamdam perfectionem et complementum. III. Sicuti dicit contritionem requiri ex Dei institutione ad integritatem sacramenti, et ad plenam et perfectam peccatorum remissionem ; ita etiam et sub iisdem vocibus dicit requiri ex Dei institutione confessionem ; quam sequenti capite v vocat confessionem integram.... qua non in genere dumtaxat, sed etiam in specie ac sigillatim peccata declarentur post diligentem sui discussionem.... Tamen, deficiente confessione materialiter integra, non deficit essentiale aliquid : imo si quis conatus sit ad confessionem materialiter integram, et errore invincibili ac bona fide putet se eam explevisse ; per hanc materialem integritatem mere existimatam satisfacit divino praecepto quantum ad hunc effectum, ut reus non sit praecepti violati, et non sit fictus in sacramenti perceptione, nec ponat obicem gratiae sacramentali percipiendae. Haec omnia transferantur ad institutionem Dei de contritione habenda ad integritatem sacramenti, et ad plenam et perfectam remissionem, et simul transferantur ad contritionem mere existimatam. IV. Quae Tridentinum dicit de contritione, dicit etiam sub iisdem terminis de satisfactione, neque tamen, deficiente satisfactione, deficit essentia sacramenti, et divinae institutioni de satisfactione sacramentali satisfit eo modo quo diximus per mere existimatam satisfactionem, quam quis, licet non praestiterit, praestitisse tamen se inculpabiliter putet.»

Hasta aquí son palabras del P. Faure. Me admira ciertamente la travesura de su ingenio: lástima, por cierto, que haya empleado su erudición y su destreza en defender una causa tan mala, una doctrina, en mi concepto, tan perniciosa. Todos los esfuerzos que hace este Padre en convencer de que las tres partes integrales de la materia esencial del sacramento de la Penitencia no son la contrición, la confesión y la satisfacción, de la manera que las entiende la doctrina católica, son inútiles; porque

no prevalecerán sus argucias y sofismas contra el sentir común de los Doctores católicos, fundados en el Concilio de Trento y en el Catecismo de San Pío V. Es cosa muy extraña que habiendo alabado tanto el P. Faure la autoridad del Catecismo romano ó de San Pío V, ahora se desentienda de él, como si nunca le hubiera visto. He aquí lo que dice el P. Faure, hablando de este Catecismo, en la página 9.ª del citado folleto de Barcelona: «Cathechismum romanum ad parochos Ecclesiae catholicae misit S. Pius V, ut ex frontispicio constat. Eumdem iterum commendavit, *et ad usum universae Ecclesiae approbavit*, ejusque novam editionem Romae fieri curavit anno 1761. Clemens XIII;» y para más consolidar la autoridad de este Catecismo, voy á añadir algunas otras palabras del Papa Clemente XIII en su Encíclica dirigida á todos los Patriarcas, Primados, Arzobispos y Obispos del orbe católico, y de que hace mención el P. Faure en la página 10 de su citado opúsculo; para que resalte más cuánto es de extrañar que se desentendiese de ellas dicho Padre. Entre otras cosas, dice así Clemente XIII: «Ex ejusdem sacri Concili (Tridentini) mente aliud opus confici voluerunt, quod omnem doctrinam complecteretur, *qua fideles informari opporteret*, *et quae ab omni errore quam longissime abesset.* Quem librum *Catechismi romani* nomine typis impressum evulgarunt; dupliciter in ea re laudandi. Nam, et illuc eam doctrinam contulerunt, *quae communis est in Ecclesia*, *et procul abest ab omni periculo erroris*, et hanc palam populo tradendam dissertissimis verbis proposuerunt.» Pues bien: este Catecismo romano, enteramente contrario á lo que dice el P. Faure, y en una materia en que se trata de la esencia ó materia esencial del sacramento de la Penitencia (esto es, del dolor sobrenatural, ó sea de la contrición perfecta ó imperfecta), exponiendo aquellas palabras del Tridentino, en que afirma que los tres

actos del penitente, contrición, confesión, y satisfacción, son la cuasi materia de este Sacramento, explica por qué se llaman cuasi materia, y no materia absolutamente. He aquí sus palabras *(Part. 2ª de sacram. Poenit. cap. 5. num. 13.)*: «Sacramenti vero Poenitentiae quasi materia sunt actus poenitentis, nempe contritio, confessio et satisfactio, ut a Tridentina synodo declaratum est; qui, quatenus in poenitente ad integritatem Sacramenti, et plenam ac perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione partes poenitentiae dicuntur. (Entienda bien el P. Faure.) *Neque vero hi actus quasi materia a sancta Synodo appellantur, quia verae materiae rationem non habeant, sed quia ejus generis materia non sint, quae extrinsecus adhibeatur, ut aqua in baptismo, et chrisma in confirmatione ;*» es decir, que no son materia *corporal*, como la de los otros sacramentos.

La anterior doctrina católica del Catecismo de San Pío V está tomada literalmente, así como la del Concilio Tridentino, de la cuestión 90, art. 2.º de la tercera parte de Santo Tomás, donde pregunta: «Utrum convenienter assignentur partes poenitentiae, contritio, confessio et satisfactio;» y en el cuerpo del artículo resuelve del modo siguiente: «Respondeo dicendum, quod *duplex* est pars, *ut dicitur in* 5. *Metaphisic.*, scilicet, pars *essentiae*, et pars *quantitatis*. Partes essentiae sunt naturaliter quidem forma et materia, logice autem est genus et differentia. *Hoc autem modo quodlibet sacramentum* distinguitur in materiam et formam, *sicut in partes essentiae;* unde et supra dictum est, quod sacramenta consistunt in rebus et verbis; sed quia quantitas se tenet ex parte materiae, partes quantitatis sunt partes materiae. Et hoc modo sacramento Poenitentiae *specialiter assignantur partes, ut dictum est, quantum ad actus poenitentis, qui sunt materia hujus sacramenti.*» Aquí se ve que, según

el Angélico Maestro, estas tres partes de la penitencia son partes *esenciales* de este Sacramento, y así la interpretación que da el P. Faure al *quasi materia* del Concilio de Trento, es una mera imaginación suya para aplicarla á su favor, y hacer un sacramento de la Penitencia que realmente no hay, fingiendo una contrición *existimada*, esto es, un sacramento de la Penitencia sin dolor verdadero.

Después de haber transcrito las palabras literales del Angélico Maestro, voy á copiar también literalmente las de su fiel discípulo el Maestro Billuart, tan recomendable por su saber y claridad. En la *disertación* 4.ª *de partibus sacramenti poenitentiae in particulari, et primo de contritione*, *art.* 1, *Dico* 4. dice así: «Contritio debet esse vera et sincera; ita ut si quis conteratur ficte, *aut se credat vere contritum*, *et non sit*, sicque accedat ad sacramentum, neque ipsum sacramentum recipiat; *quia contritio est pars essentialis sacramenti (poenitentiae).* Sinceritas autem contritionis *non ex verbis poenitentis praecise aestimanda est, sed maxime ex operibus, ex mutatione vitae*, *ex fuga occasionum*, *ex praxi virtutum* juxta illud *Matth.* 7: «*A fructibus eorum cognoscetis eos.*» *Ad haec attendant confessarii, praesertim pro peccatoribus inveteratis et consuetudinariis*, et iis, qui versantur in occasione proxima.» Esta es la doctrina corriente de los teólogos, y el inventar dolores meramente existimados de los pecados no es otra cosa que inventar quimeras y fingir sacramentos que no existen. La materia de un sacramento es parte esencial de él, así como también lo es la forma, como con Santo Tomás dice la común sentencia de los teólogos sensatos. Como dice Melchor Cano, no se ha de hacer caso de lo que cada uno quiere decir, sino de lo que debe decir.

Hace muchos años que tengo en mucho aprecio al doctísimo y virtuosísimo Cardenal *Belarmino*, si no el

más, por lo menos, uno de los más eminentes sabios de la Compañía de Jesús. Voy, pues, á copiar literalmente sus palabras *(tomo* III *de poenit. lib.* I, *cap.* 17, cuyo título es el siguiente: *De partibus materialibus sacramenti poenitentiae).* Dice así: «Sequitur altera partitio poenitentiae, qua pars ejus materialis rursum in partes tres, contritionem, confessionem et satisfactionem distribuitur.» Después añade Belarmino en el mismo lugar: «At sententia theologorum *communis* in eadem distinctione 16. et S. Thomae 3. *part. quaest.* 9. *art.* 2. *et* 3., non solam confessionem, sed etiam contritionem et satisfactionem *veras* sacramenti poenitentiae partes materiales esse docet. Quae sententia *certissima est, neque jam amplius in dubium revocari potest,* cum in Conciliis aecumenicis Florentino et Tridentino *dissertis verbis* legamus, actus poenitentis contritionem, confessionem et satisfactionem esse quasi materiam sacramenti poenitentiae;» y como alguno pudiera decir, según lo hace el Padre Faure, que estas tres partes de la penitencia no son esenciales, á continuación dice Belarmino, que aunque estas partes son integrables, *la contrición es esencial,* y que sin ella no se puede salvar la esencia del sacramento: he aquí sus palabras: «Ex integralibus partibus quasdam esse principales, *sine quibus essentia rei nullo modo consisteret,* quales sunt in homine caput et cor, *et tales in sacramento poenitentiae sunt contritio et confessio.*»

Á lo que en el párrafo anterior dice Belarmino, añádase la sentencia comunísima de los teólogos, á saber, que la satisfacción puede considerarse *in voto,* ó *in executione:* considerada *in executione,* hay ocasiones en que no es posible su cumplimiento; como si se impone á uno que muere inmediatamente después de la absolución, ó muere antes de haber podido buenamente cumplirla, ó se olvida inculpablemente de ella; pero considerada *in*

ST. ALBERT'S COLLEGE LIBRARY

voto, es indispensable que el penitente tenga intención de cumplir la penitencia razonable que el confesor le imponga.

Para que se vea que el P. Faure da por válida la absolución con la contrición meramente existimada, aunque el penitente realmente no tenga atrición verdadera, ni mucho menos contrición perfecta, voy á copiar las palabras que pone en la *dubitación* 4.ª, *sección* 7.ª, en el párrafo que comienza *His positis*. Dice así: «Quae sint exempla attritionis secundum S. Vincentium Ferrerium, audisti jam (ex serm. 1. Domin. XXI post fest. Trinit.) nempe religiosi dolentis de peccato ex verecundia, clerici dolentis ex carceratione, mulieris dolentis ex oblocutionibus, etc. Audi alia exempla (ex serm. 1, fer. V post Dominicam *Reminiscere):* «Contritio, dolor ille, qui est de peccatis respectu Dei, quem offendit: alias, si homo haberet tantum dolorem de peccatis, quod fleret, sed non propter Deum, attritio est, sed non contritio, quae (áttritio) non sufficit ad salvationem. Verbi gratia, si quis dolet de peccato propter periculum corporis, vel animae, vel bonorum, quod sibi inminet, et plorat, nihil valet; quia totum jacet inferius. Verbi gratia, si religiosus dolet quod non servavit regulam, quia praelatus vult eum in carcere, non valet: sed (quando est) respectu Dei.» Jam possumus in hunc modum colligere. Vel S. Vincentius Ferrerius docet, quod attritio ex verecundia, ex incarceratione, ex periculo corporis vel bonorum satis est ad justificationem in sacramento, *etiamsi quis cognoscat imperfectionem hujus attritionis, et non conetur ad contritionem respectu Dei habendam;* et si quidem ita S. Vincentium interpretemur: I ejus sententiae non subscribimus: II sine idoneo fundamento tribuetur S. Vincentio Ferrerio haec sententia, imo contra ejus contextum, cum ipse dicat *nisi sis terribilis et obstinatus in mente:* qui autem contentus est eo dolore, et non est sol-

licitus acquirendi sibi contritionem respectu Dei, utique est obstinatus in mente: III quidquid de hoc sit, data hac interpretatione, a fortiori favebit S. Vincentius sententiae de contritione mere existimata; si enim sufficit illa attritio quando cognoscitur esse ita misera et imperfecta, multo magis sufficiet, quando existimatur contritio. Vel S. Vincentius Ferrerius docet quod attritio ex verecundia, ex carceratione, ex periculo corporis, vel bonorum satis est ad justificationem in sacramento, quando quis hanc imperfectionem non animadvertit, sed post operam et conatum adhibitum sibi persuadet se habere contritionem respectu Dei, quamvis scrutator rerum et cordium videat in eo non esse nisi contritionis (utita dicam) superficiem et apparentiam aut simulacrum (quo casu verificabitur illud S. Vincentii, quod poenitens *non sit terribilis et obstinatus in mente)*: et si quidem S. Vincentius suam doctrinam sub hac explicatione docet; procul dubio assertor fuit sententiae de sufficientia contritionis mere existimatae.»

Muchas cosas hay ciertamente en el opúsculo del padre Faure, que debieran ser impugnadas; pero las omito, por no alargarme demasiado. Además de lo que se ha dicho, tan sólo añadiré, que realmente me llama la atención que el P. Faure exija como cosa indispensable que el pecador haga un esfuerzo para la contrición perfecta, y afirme al mismo tiempo que no le es bastante procurar la contrición imperfecta, aunque sea la atrición universal y eficaz reconocida por el P. Gury. Esta opinión del P. Faure me parece singular, porque en el día es opinión común, que la atrición verdadera, universal y eficaz, según la explican los teólogos, es suficiente con el sacramento de la Penitencia.

He concluído : no me detengo en algunas otras cosas del P. Faure, que pudieran impugnarse, porque, como ya he dicho, me alargaría demasiado. Si en el

transcurso de esta impugnación, y contra mi voluntad, se hubieren deslizado algunas palabras que pudieran ser ofensivas, tanto al P. Faure como á cualquiera otra persona, suplico que se tengan por no dichas, pues no ha sido mi ánimo ofender en lo más mínimo á persona alguna.

FIN

ÍNDICE.

Págs.

PRÓLOGO..... 7

CAPÍTULO ÚNICO.

AUTORIDADES QUE ALEGA EL P. FAURE EN FAVOR DE SU FALSA TEORÍA, Y RESPUESTA SATISFACTORIA Á ELLAS.

ARTÍCULO PRIMERO.—Autoridades de Santo Tomás y su explicación..... 11

ART. II.—Autoridades del Dominico San Antonino, Arzobispo de Florencia..... 28

ART. III.—Se explican los textos de San Vicente Ferrer, que cita el P. Faure..... 31

ART. IV.—Se responde á los textos que el P. Faure cita en la página 8.ª de su opúsculo, del Dominico Reverendísimo *V. Humberto de Romanis* y del también Dominico *Ilmo. Juan de Friburgo*..... 33

ART. V.—Se explica con otro texto de Santo Tomás aquella sentencia del mismo Angélico Doctor: *«Poenitenti dicenti pro se, et contra se credendum est»*..... 35

ART. VI.—Se ponen las palabras del Maestro Billuart, que explican en qué sentido se ha de entender aquella sentencia del Angélico Maestro: *«Poenitenti dicenti pro se, et contra se credendum est.»*..... 36

ART. VII.—Se ponen las importantísimas respuestas que dan las *Vindicias Alfonsianas* á las anteriores objeciones de los PP. Faure y Balerini... 39

ART. VIII.—Se prueba que la proposición 60.ª, condenada por Inocencio XI, comprende la teoría del P. Faure sobre la absolución de los consuetudinarios y reincidentes, y se responde á los textos de Suárez que cita dicho Padre..... 42

ART. IX.—Doctrina del P. Señeri, contraria en un todo al P. Faure, sobre la absolución de los consuetudinarios y reincidentes..... 52

ART. X.—Se transcribe la doctrina del docto y experimentado misionero *San Leonardo de Porto Mauricio*, que reprueba la tesis del P. Faure

como perniciosa y condenada implícitamente por *Inocencio XI* sobre la absolución de los consuetudinarios inveterados y reincidentes de un mismo modo..... 55
Art. XI.—Se ponen las autoridades de los Padres Jesuítas *Edmundo Volt* y *Juan Renter* contrarias en un todo á la teoría del P. Faure, sobre la absolución de los consuetudinarios y reincidentes..... 57
Art. XII.—Se pone una autoridad del P. *Nicolás Mazzotta* contraria en un todo á la perniciosa teoría del P. Faure sobre la facilísima absolución de los consuetudinarios y reincidentes..... 61
Art. XIII.—Se manifiesta que el P. Faure alega sin fundamento á su favor unas palabras del *Catecismo Romano de San Pío V*..... 63
Art. XIV.—Se comprueba de un modo absoluto, que en algunos casos se debe suspender la absolución al consuetudinario reincidente..... 72
Art. XV.—Se prueba que el dolor, la confesión y la satisfacción, al menos intentiva, son la materia del sacramento de la Penitencia..... 92

3401
Moran, Jose
250.1
M 56
AUTHOR
Consuetudinarios Y Reinci-
TITLE
dentes
DATE LOANED